

Ego enim inquit unus **XI.**
 vera: & pater meus agricola est.
 Omnem palmitem in me non ferentem
 fructum tollit eum: & omnem qui fert
 fructum purgabit eum: ut fructum
 plus afferat. Numquid unus sum
 agricola & unus? Scdm hoc ergo
 unus xpc scdm qd ait: pater maior
 me est: scdm id autem qd ait: ego &
 pater unus sum: & ipse agricola est.
 Nec talis nisi quales sunt qui extrinsecus
 operando exhibent ministerium: sed ta-
 lis ut det etiam intrinsecus incrementum.
 Nam neque qui plantat est aliquid neque
 qui rigat: sed qui incrementum dat deus.
 Et utique deus est xpc: quia deus erat uer-
 bum: unde ipse & pater unus sunt.
 Et si uerbum caro factum est quod non erat:
 manet quod erat. **XII.**

Omnis enim de patre tanquam de
 agricola dixisset: quod infructuo-
 sos palmites tollat: fructuosos autem
 purget: ut plus afferant fructum con-
 tinuo etiam se ipsum mundatorem palmi-
 tum ostendens: iam uos inquit mundi
 estis propter sermonem quem locutus sum
 uobis. Ecce ipse mundator est palmi-
 tum: ipse est agricola non unus officium: qui etiam
 palmites operarios suos licet. Nam & si
 non dant incrementum: impediunt tam
 aliquid adiuuentum: sed non de suo: quia sine

me inquit nichil potestis facere. Audi etiam
 am ipsos confitentem. Quod enim est apollo
 quod autem paulus? Ministri per quos cre-
 didistis: & unicuique sicut dominus dedit.
 Ego plantavi: apollo rigauit. Et hoc
 ergo sicut unicuique dominus dedit: non
 itaque de suo. Iam uero quod sequitur: sed deus
 incrementum dedit: non per illos sed per
 se ipsum facit. Excedit hoc humanam
 humilitatem: excedit anglicam sublimita-
 tem: nec omnino pertinet ad agricolam
 tantum. Iam uos mundi estis: Neque enim
 nisi mundi essent fructum terre potuissent:
 & tamen omnem qui fert purgat agricola:
 ut fructum plus afferat: fert fructum quia
 mundus est: atque ut plus afferat purgat
 adhuc. Quis enim est in hac uita sic mun-
 datum: ut non sit magis magisque mundandum.
Ubi si dixerim quia peccatum non habemus:
 nos ipsos seducimus: & ueritas in nobis non est.

Fragment
 un MS du
 13^e Siecle
 continent
 la Prose de
 la 3^e Corin

